

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Excusacio y
cum fonte primo

Puerum etas excusat, feminam sexus,
extraneum libertas, domesticum familiaritas.

Amicus, est scilicet qui offendit, fecit quod uoluit;
inimicus fecit quod debuit.

Prudenciori sedamus, stultiori remittamus.

Seneca in quadam epistola.

Puerum aetas excuset, feminam sexus, extraneum
libertas, domesticum familiaritas.

Nunc primum offendit: cogitemus quam diu placuerit;

→ saepe et alias offendit: feramus quod diu tulimus.

← Amicus est: fecit quod noluit;

inimicus: fecit quod debuit.

Prudentiori credamus, stultiori remittamus;

pro quocumque illud nobis respondeamus,

sapientissimos quoque uiros multa delinquere,

neminem esse tam circumspectum

cuius non diligentia aliquando sibi ipsa excidat,

neminem tam maturum cuius non grauitatem

in aliquod feruidius factum casus inpingat,

neminem tam timidum offensarum

qui non in illas dum uitat incidat.

Lucius Annaeus Seneca, *De ira*, 3.24.3-5

(L.D. Reynolds ed., pp.114-15, ll.27-31, 1-7).